




F.2. Gugden de eden. Viteb. 1680.

\* Prudde Andrea Semerio. Viteb. 1680.

\* Leibl. Jos. Christof Galli Hung.

7. F. M. Lebars kirchmajeri de Flamante curru Elia  
ex 2. Reg. II. Viteb. 1687

+ Peeter van lo Christof Wichmannshausen.



+ ex Ps. LXXXIII. 25.26  
Ex Ps. XCIX. 6.

\* ex Ecclesiast. XIII. 1—7.  
Viteb. 1687.

einzelz verzefftet 17. III. 1915.

- Index Dissertationum hoc volumine contentarum.  
 1. M. Johann. Conradi Boetmanni de Salamone à Skepticismo Medic  
 2. Hodan. Itaj. Ie jis, quæ fuerint in arca sacerdotes.  
 3. Hodan. Itaj. Ie jis, quæ fuerint in arca sacerdotes. Vitab. 1670.  
 4. Alart. Sipenij de Karigio Salomondo. Vitab. 1654.  
 5. Hodan. Protop. Wichmann Jansemij de Narigone Jobi itca.  
 6. Hodan. Protop. Wichmann Jansemij de Narigone Jobi itca. Vitab. 1709.  
 7. Hodan. Helvici. Willemer de Pallio Chia. Vit. 1679.  
 8. Hodan. Hagenij. De abortuando Atorabi Sacrifício. Vit. 1716.  
 9. Hodan. Conprop. Wichmann Jansemij Bergad Cuthorum. ex 2 leg.  
 10. Hodan. Thedas. Schmammi de Horologio Astronomico. Vit. 1710.  
 11. Hodan. Griffop. Grauhaber de Astrorantio Sudorum.  
 12. Hodan. Conprop. Wichmann Jansemij de Trigymodod Ministr.  
 13. Hodan. Adolphi. Alull en de Waer Rego Rompa' ferulic. 1710.  
 14. Hodan. Helvici. Willemer de Chia OXYMATOYPIΩL. 1679.  
 15. Hodan. Rothofr. Camentij. Aqueductus Hisria. Pa. 1714.  
 16. Hodan. Ind. Wichmann Jansemij de Maledictibus Deic.  
 17. Hodan. Indem de Maleficet. Dei proffessor. 1712.  
 18. Hodan. Semerti de Voco Jobi cap. XXX. 25. 599 Vit. 1670.  
 19. Hodan. Sib. Dajen. De hemotis et levitatem Jobi. 1711. Hunc.  
 20. Hodan. Oberth. Annadversionis Sibetic. Cont. 1. Decuria 1.  
 21. Hodan. Indem Decuria 2 et 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Franckius.  
 22. Jacob. Welleri Psalmi primi expositio. Vit. 1659.  
 23. Hodan. Helvici. Willemer Psalum 87. ex 7. Vit. 1678.  
 24. Mich. Poccij. Iusq; non Schelictus. ex P. 37. p. 25. Vitab.  
 25. Hodan. Helvici. Willemer. Deus optima Portio fiducium. Vit. 1674.  
 26. And. Semerti. De קהן מים. sc. Sib; Oboron. 1650.  
 27. Mich. Poccij. Ornamentum Iesii ex P. CXVIII. 27. Vitab. 1672.  
 28. David. Wendesleni quatuor abscondita ex Peord. 30. 18. 19. Vit.  
 29. Anton. Juntzeni arithmetica Senectute & mortis. De Senectate  
 30. M. Jacob. De Cense obtem. Philologie ad Cap. III. et IV. Cantic. Vit.  
 31. Augusti. Pfeifferi Iuriorum Select. ex Etaria Elias.  
 Vitab. 1670.

32. Ioh. Briffood. Fisberi De Ornati multiplicum prior. ad lxxij.  
 In sden de op. Mulier. postfenor. Vt. 1670. ap. III. 16 v. ab 1709.  
 33. Ioh. Briffood. Historia hancen de rite et tremens calice. v.  
 34. Ioh. Briffood. Historia hancen de rite et tremens calice. 1714  
 35. Ioh. Henneri. Treses ab ipso ad stat. ap. LIII. Vt. 1670.  
 36. Ioh. Henrici Deutschemann. Alcachor frumentatus. Vt. 1694.  
 37. Ioh. Henrici Deutschemann. Alcachor frumentatus. Vt. 1694.  
 38. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 39. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 40. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 41. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 42. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 43. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 44. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 45. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 46. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 47. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 48. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 49. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 50. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 51. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 52. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 53. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 54. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 55. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 56. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 57. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 58. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 59. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 60. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 61. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 62. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 63. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 64. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 65. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 66. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 67. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.  
 68. Ioh. Henrici De Selenolatina. De R. abo. Consolacione ex lxxij. 1711.

IN LIBROS REGVM.

(1677)

69. And. Lemerti Theser Philolog. resp. M. Georg. Schwartz Vt<sup>eb</sup>.  
 70. Job. Briffell. Wirkmanni Gang Propositio nez Philologica  
 71. Eiusdem opodiconis Philolog. usp. A. Daniel. Poeticus  
 72. Eiusdem Philologenata octo Selectiona. Vt<sup>eb</sup>. 1713.  
 M. Georgio Carolo Vt<sup>eb</sup>. 1713. pp.

- E 73. Job. And. Danz de Iudao proprio ingulato gladio  
 ad Jes. Cap. III. Vt<sup>eb</sup>. 1679.  
 74. ex Actis III. 4. s. responder ear Georg. Franckfurter Com  
 notio Hungaric.  
 75. Prof. ear M. Georg. Fred. Meinhardt Vt<sup>eb</sup>. 1682.  
 76. ex Actis XXV. 15 et XL. 41. Vt<sup>eb</sup>. 1703.  
 77. Eiusdem de eadem arguo Vt<sup>eb</sup>. 1704.  
 78. Drates ear Job. Christophs. Wirkmanni Hasen. Vt<sup>eb</sup>.  
 79. M. sebast. Kirchmayer de Metamorphosi Nabucodonosor ex Danieli IV. Vt<sup>eb</sup>. 1654.  
 80. Prof. M. Job. Wilhelmus Willigero Vt<sup>eb</sup>. 1671.  
 81. ex Danieli V. Vt<sup>eb</sup>. 1681.  
 82. Vt<sup>eb</sup>. 1708. resp. Sam. Jacob. Loeschens.

83. qui Iordan. Vt<sup>eb</sup>. 1705.  
 84. Cap. XII. 13. Vt<sup>eb</sup>. 1712.  
 85. ex Zadac XII. 11. resp. M. Raphael Grabner s. Vt<sup>eb</sup>. 1709.  
 86. pref. de M. leonard. Sam. Schurz fleischiv. Vt<sup>eb</sup>. 1664.  
 87. resp. M. Henricus Pladocius

E

35 44 39  
בשׁוֹב  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AVGVSTO,**  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE ETC.

DE

kos תבוחמי ב

SIVE

POCVLO  
CONSOLATIONVM,

*Ex Jer. XVI, 7.*

EXERCITATIO PHILOGOGICA,

QVAM

INDVLTV AMPLISSIMI SAPIENTVM ORDINIS  
AD DIEM V. JAN. A. C. I. CCIX.

H. L. Q. C.

PLACIDAE συμφιλολογύντων ἐξετάσει  
SISTENT

PRAESES

M. ISRAEL Draugott GARMANNVS,  
CHEMNITIO-MISN.

ET

RESPONDENS

GERHARDVS HERMANNVS MENCKE,  
OLDENBURGENSIS.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

V I R I S,  
SVMME REVERENDO, CONSVLTISSIMIS  
ATQVE EXCELLENTISSLIMIS  
DN. LVDERO MENCKENIO,  
ICto,

Pandectarum Professori Publico, Curiae Supremae Prouincialis, et Facultatis Juridicae Lipsiensis Assessori, Capituli Numburgensis Canonico, et Minoris Principum Collegii Collegiato.

DN. JOHANNI BVRCHARDO  
MENCKENIO,  
ICto,

Consiliario et Historiographo Regio, Historiarum Professori Publico, et Socieratis Regiae Britannicae Socio,

PATRONIS SVIS SANCTISSIMA OBSERVANTIA AETERNVM COLENDIS,  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS  
SACRAS ESSE CVPIT  
HVMILLIMVS DEVOTISSIMVSQVE CLIENS  
GERHARDVS HERMANNVS MENCKE.



בָּגְרִת

§. I.



Raeotentis Dei auxilio in partes nostras prius evocato, ἀνευ προαιμίας καὶ παθῶν institutum nostrum statim aggredimur, et ab enucleando explicandoque vocum εἰνίων initium facimus. Primam uero ponderationem debemus vocabulo כֹּסֶךְ, quod geminam admittit significationem. Ac primo quidem Calicem, poculum, s. scyphum denotat, deinde uero certa immundarum avium species sub hac notione nobis praesentatur, quam alii bubonem, ut MERCERVS, alii falconem, ut R. DAVID KIMCHI, alii ὄνοχταλαν Lat. Truonem, ut BOCHARTUS, alii noctuane aut utulam, quod tutissimum uidetur ROBERTSONIO, esse conjectant. Fit ejusdem mentio Leu. XI, 17. Deut. XIV, 16. & Ps. CII, 7. sed hanc missam in praesenti facimus, cum de priori hic tantum nobis sermo instituendus sit. Cui radici natales suos acceptos referat, in diuersas vocum Diribidores abire uidemus sententias, quandoquidem aliis a בָּשָׁה, aliis a כֹּסֶךְ probabilior uidetur deriuatio. Priori sententiae patrocinantur MERCERVS et AVENARIVS, atque in praesidium causae suae figuram illorum allegant, contendentes כֹּסֶךְ fuisse phialam rotundam operculo instrudam in modum rosae germinantis sue lili repandi. Quae si ita sint, optime utique cum כֹּסֶךְ quod est operuit, conuenire fateri necessum habemus. Huic autem se oppo-

nunt FORSTERVS, SCHINDLERVS, GVSSETIVS, et  
alii, ostendentes, KIMCHIUM in libro Radicum illud ad  
referre, et Judaeorum Minhagim edocere, quod quae  
Ebraei appellare consuerint non operti, sed parentis poculi figuram  
exhibeant. Quomodo autem ejus significatio a **כָּסֶס** quod est *nu-*  
*merare*, promanet, GVSSETIVS, utpote qui uel solus hanc de-  
monstrationem in se suscepit, eloquatur. Nimirum ex diligentibus loco-  
rum Scripturae collatione, in primis Exod. XII, 4. se didicisse probat,  
quod **כָּסֶס** proprie non dicatur de mensuranda quantitate continua,  
aut confusa sumpta, sed de discreta actu, puta numeri, personarum, et  
similium de partibus continuae cogitatione ac judicio distributis, ut compa-  
parentur cum illa. Hinc credit non a capacitatis suae mensura uno  
haustui sufficiente dici, sed ab haustum dinumeratione inter coniuia-  
nas, ut quisque tantundem sumeret ex legibus compositionis; qua-  
lis dinumeratio poculorum in recensione epularum Idolatricarum  
innui uidetur Eze. LXVI, 17. ubi haec potissimum uerba inferuntur;  
**אֲנֹר אֲנֹר בְּתַחַת** post unum, qui est in medio, tanquam Rex uini,  
ad cuius exemplum ac imperium singuli coniuiae bibere, ac ceteras  
coniuuii partes exsequi debent. Quæ quidem suppeditata ratio unius-  
cuiusque consensum facile prouocabit, quod non incongrue **כָּסֶס**<sup>a</sup>  
**כָּסֶס** deriuetur. Percommoda uero uisa est Spiritui S. hæc uox, qua  
per concinnam atque elegantem metaphoram, humanae uitæ con-  
ditiones, tum bonam, tum malam, uel quod eodem recidit, praemia  
et supplicia diuina repreäsentaret: quandoquidem ea uas recipiendi  
quodlibet, uel dulce, uel amarum, significat. *Prioris* exempla leges  
Pf. XVI, 5. Pf. XXIII, 5. Pf. CXVI, 13. nec non Pf. LXXV, 9. in quo ul-  
timo loco allegorice Deus, GEIERI sententia est, in *Comment. in Pf.*  
*ad b. l.* introducitur, tanquam coniuuii Praeses, aut Paterfamilias, de-  
mensum cuique coniuuarum aut domesticorum propinans, ubi cali-  
ci indita portio turbida ac amara quidem, quam pii, tanquam liberi,  
a morbis curandi, præseruandi, aut paterne castigandi, degustare co-  
guntur: uerum amarities crassissima ac damnoſa remanet in fundo,  
deglutienda tandem seruis impiis. *Posterioris* demum uestigia de-  
prehendes Pf. XI, 6. Eze. LI, 22. Jer. XXV, 15. Ezech. XXIII, 33. Thren.  
IV, 21. Hab. II, 16. Matth. XX, 22. c. XXVI, 30. 42. Job. XIX, 11. Apoc.  
XIV, 10. Per metonymiam continentis pro contento calix pro potu,  
uel

uel uino , uel quod in poculo continetur, saepiuscule reperitur *Jerem.*  
*XLIX*, 12. *Luc. XXII*, 17. *1. Cor. X*, 21. Ceterum notant Maforethae,  
quod *Prou. XXIII*, 31. כוס scribatur per בָּבִיס, cuius loco sub-  
stituendum esset וְאַתָּה. Verum hoc improbat, tanquam maxime te-  
merarium factum, saepius laudatus *GVSSETIVS*, acerrimus alias  
Rabbinorum censor, exultimatque , כוֹס, quod alias per *crumenam*  
explicatur, et כוס parum uel nihil a se inuicem diffire, propterea  
quod Calix apud Orientales aliquid crumenae simile habeat, partim ob  
mensuram numeracioni partium respondentem, partim ob materiae  
et opifici similitudinem, nempe ex corio firmo et probe consuto ad  
potationem paratus, quod suo loco relinquisimus. Interim R. SALO-  
MO in *Commentario* hujus loci hoc mysterium pandit: Salomonem  
innuere uoluisse oculum cauponis defixum esse *בְּבִיס in crumenam*  
Bibuli, dum is oculum defigit *בְּבִיס in poculum*, et colorem uini  
contemplatur. Vide *Marr. HILLERVM de Arcano Ketbif et*  
*Keri. p. 128. § 252.*

### S. II.

Synonymum τάς est כוס גביע, quod communiter ab antiquo  
deriuunt Lexicographi. Usurpatur constanter de poculo Jo-  
sephi Pro - Regis Aegypti *Gen. XLIV*, 2. 12. 16. 17. Forma et figura  
distincta a se inuicem fuisse usata ex *Jer. XXXV*, 5. appetet, ubi dicitur  
גביע הוא כמו כוס אבל Jeremias Rechabitis apposuisse יין וכוסות LU-  
THERUS, Becher voll Weins und Schalen: Id quod etiam BEN ME-  
LECH in Michlot Jophi annotauit, qua in re uero illud discrimen con-  
sistat, definire non audet, dicens saltem גביע הוא עשו בתוכנה אחרת:  
Clarius rem nobis depinxit JAR-  
CHIUS in *Gemara Babylonica*, dum ait: גביעים fuisse Pocula  
Alexandrina oblonga et angusta inferius. Idem docet MAYMO-  
NIDES רומן לכוסות אלכסנוריאן, הגביעים: inquit, שפחים רחוב ושוליתן קזר  
superius lata, inferius angusta. Hal. Betb - Habbechira c. III. §. 9.  
Conspirat RASCHI ad *Gen. XLIV*, 2. afferendo, fuisse poculum oblongum. Figuram horum ex JOSEPHO Bar Ifaschar  
in *Sepher Joseph Doatb* suppeditat Celebr. DASSOVIVS in *Disp. ad Tit. Celim. A. M DC xcvi.* Wittebergae hab. FORSTERVS et AVE.

NARIVS in *Lex.* sub rad. יְבֵג affirmant, Gebhium habuisse gibbum ad formam colliculi parui, sive galeri; quibus accedit *Marcus Marinus Brixianus* in *Arca Nobae*, afferendo, יְבֵג fuisse uas tereti forma ad bibendum aptum, fortasse sic dictum, quod formam colliculi redderet. Quae quidem descripta forma naturae huius uocabuli apprime respondere nobis uidetur, quandoquidem omnia ejus cognata elationem et inflexionem tumidam, qualis est gibbi, uel forniciis, denotant. Sic אָב gibbum, et cuiuscunq; rei faciem, seu superficiem eminentiorem, גּוֹב animal, quod gibbo in tergo notatum est, גּוֹב altum esse, et גּוֹב gibbosum, tortuosum, significat. Quia in sententia illud in primis nos confirmat, quod hoc ipsum גּוֹב partibus illis in candelabro extantibus, et prominentibus, *Exod. XXV, 33. 34.* tribui uideamus.

### §. III.

Numero Synonymorum כּוֹס ۲۸ accensent quoque nonnulli סַפִּיר, suaeque assertio[n]is fundamentum ex *Zach. XII, 2.* depromunt, ubi Jerusalem fieri debet לְיָהּ וְסַפִּיר Vas remulentaie populis omnibus circum circa, collato cum *Ez. L, 22.* ubi dicitur bibisse כּוֹס הַתְּרֻעָלָה. Sed uasculum hoc magnitudine illius generis pocula longe superante, et non tam ad bibendum, quam ad alios usus, et sacrum in primis, paratum destinatumque fuisse, plurima loca, in quibus occurrit, credere nos jubent, quandoquidem inter uasa, in sacrificiorum usum confessa, locum frequentissime adinueniunt. Testantur hac de re *i. Reg. VII, 5<sup>o</sup>.* *2. Reg. XII, 14.* *Jer. LII, 19,* nec non *Exod. XII, 22.* ubi afferitur, quod תְּפִלָּה agni jugulati sanguis fuerit exceptus.

### §. IV.

Progedimur nunc ad alterum uocabulum quod est נְכָחִים. Est hoc nomen Plur. masc. in form. abs. cum הַ Heemantico praefixo. In form. constr. occurrit cum Aff. הַ et הַ *Pf. XCIV, 19.* *Ez. LXVI, 11.* in form. pl. foem. abs. reperitur *Job. XV, 11.* et in form. constr. cum aff. יְבֵג, *Job. XXI, 2.* Originem suam debet radici נְחַם, quae pro diueritate Conjugationum suam quoque significationem uariat, et nunc poenitere, nunc uero consolari se, vel alium, denotat. Quae duae significationes in Conjug. Niph. conjunctae sunt: Pihel uero tantum Consolationis notionem admittit. Sunt hic nonnulli, qui cum FOR-

FORSTERO, ut eo facilius harum diuersissimarum significatio-  
num nexus pateat, in uniuersum mutationem animi atque affectus  
hoc uerbo indicari putant, quae sit uel poenitudine, uel commisera-  
tione et condolentia; uel cum is, qui prius turbatus erat, consolatio-  
nem accipit, et, admissa jam consolatione, laetus sit, et pacato animo.  
Verum conqueritur hic QVSSETIVS, sic sibi hanc explicationem  
ad Ezech. V, 13. et Gen. XXVII, 42. accommodaturo neutiquam satisfie-  
ri. Nam in his affectus, qui est odium, non mutatur, sed is, in quo est,  
se tantum relaxat, ita ut non tam affectus occupetur ab illo, quam  
prius. Hinc non incongruum fore existimat, si dicamus, non muta-  
tionem, sed relaxationem tantum affectus animi hoc uerbo indicari.  
Ita ut qui moestum solatur, affectum illum moeroris relaxet et re-  
mittat; qui irae suae satisfecit, se relaxet ab affectus illius perturba-  
tione, qua urgebatur; quem poenitet promissionis boni aut mali, se  
relaxet ab affectu ea faciendi, quo sollicitabatur, illic amore, hic ira,  
et simile quid contingat ei, quem poenitet facti boni, aut mali, qua-  
tenus id factum suum quamdui approbavit, tamdui eodem, quo ad  
agendum impulsus fuit, affectu tenebatur; nunc autem ab eo se re-  
laxat. Haec si ad nostram uocem תְּנַגְּרוּמִים <sup>τρέπεται</sup> praefixi notione, accommodentur, generalior forsan signifi-  
catus hic emerget, quod sit actus transiens a persona ad alte-  
ram, quo permouetur ad relaxandum se a moerore; uel prouti  
uno uerbo reddunt: *Consolatio*. Eadem denique resultabit sententia  
si ad recentiorum quorundam Philologorum trutinam hoc nostrum  
**נַחַם** examinauerimus. Erit autem ita cum illo proceden-  
dum: Est haec radix ex tribus literis seminalibus composita, adeo-  
que ex duobus seminibus, nimurum ex נַחַם uel נָחַם, quia illud am-  
plius non est in usu, quod quietem denotat, et נַחַם calor uel *affectus*,  
ui cuius inuoluit hoc uerbum quietem caloris et inflammationis, uel affe-  
ctus. Nam suggestio animi ad consolationem seu poenitenciam affert se-  
cum calorem et inflammationes uiscerum. Cum נַחַם egregiam  
habere cognitionem, uidit antea quoque Gusselius, et parum abest,  
quin affirmet, esse radicem ex ista propagata leui mutatione,  
sc. literae tantum seruire solitae additione, siquidem Ezech. V, 13. haec  
duo sociantur, quando dicitur תְּנַחֲמֵת בָּם וְתְּנַחֲמֵת בְּךָ. Et  
requiescere feci in illis excandescientiam meam, et consolabor me, sc. ul-  
tione. Ad uero et רַחֲמָה, quod est incalescere, proxime accede-  
re

re MERCERVS obseruauit. Nobis ex utroque compositum esse  
uidetur; quam tamen sententiam nemini obtrusam uelimus.

§. V.

Atque haec quidem de Vocom ērūm sufficere possunt. Ad  
mensas tugentium nunc accedere, et ad mores consolantium animum  
aduertere deberemus. Sed praestat, in genere nonnulla de moribus  
in prandiis Judaeorum ordinariis obseruare, quandoquidem haec ipsa  
integrae tractationi non minimam conciliabunt lucem. Ad accu-  
bitum omnibus rite ordinatis, prima Ebraeorum cura circa consecra-  
tionem panis et vini per uerbum et preces uerfari solebat. Illum  
**בָּעֵל הַבִּתָּה**, seu Paterfamilias, aut Rabbinus assidens, aut aliis ho-  
noratiōrum, primum in manus sumebat, et facta incisura ambabus il-  
lum tegens hac eundem precatiuncula consecrabat  
**בָּאֵי אֶת כְּמֹת מִן הָרָץ** *Benedictus Tu Domine Deus noster, mundi  
Domine qui panem e terra produxisti.* Ab hoc statim deueniebat ad  
consecrationem vini, scyphumque ambabus primo manibus appre-  
hensum, postea sola dextra tenebat, et ad palmi altitudinem a mensa  
eleuatum, quo scilicet ab omnibus accumbentibus conspicī ac uideri  
posse, sequentem in modum consecrabat  
**בָּאֵי אֶת בָּרוּחַ הַגָּפָן** *Benedictus Tu Domine Deus noster, mundi Domine, qui uineae fructum  
creaueris.* Quo facto Paterfamilias Psalmum XXIII, ceteris sonora  
uoce *Amen* adjicientibus, recitabat: tum uero cibis reliquis appositis,  
omnes hilariter epulabantur. Hoc autem poculum omnia alia uini  
pocula reddebat licita, ut non noua ad illa bibenda requireretur con-  
secratio. Sedata deinceps fame, mensaque remora, oportebat Patrem-  
familias, uel Rabbinum, gratiarum actionem recitare, ad quam denuo  
requirebatur Poculum uini, quod peculiari nomine appellabant  
**כּוֹס שְׁלָמָן בְּרִכַּת הַמוֹן** *Poculum benedictionis mensae.* Huius de-  
cem numerant Talmudici requisita, e quibus, quae hodie adhuc sunt  
in usu, uoce Mnemonica comprehenduntur **חַמְשָׁה** *quinque*, cuius  
quaelibet litera officii singularis circa illud obseruandi illos admonet. Sic  
**וּ** denotat **וּ** *Vinum merum et recens, ו reddunt per פְּלָא plenus,*  
**וּ** significat **וּ** *ablutionem externam, ו denique חַדְחָה Elut-  
tione interiorem.* Nimurum undiquaque debebat esse purum et  
mundum, uinum infundi recens, ac merum nulla aqua dilutum, nec  
non illo ipso poculum, quantum quantum est, adimplendum. Pocu-  
lum

lum tale, dictis iam requisitis instructum, מברך in manum dextram, ut supra poculum consecrationis mensae, sumebat, atque gratiarum adiunctionem, quae quidem prolixior est, quam ut a nobis integra posit transscribi, clara uoce, reliquis accumbentibus submissa uoce uerba eius repetentibus, recitabat, et sic ad bibendum unicuique propinabat. Plura hanc in rem facientia si quis uelit, ex BVXTORFIO in *Synag. Jud. c. XII.* discere poterit. Ex ipso autem fonte quibus haec talia haurire magis arident, adeant MAYMONIDEM in uasto et decantato opere, quod inscribitur *Jad Chasaka*, et ultimo loco nitidissimis typis cura Josephi Addie An. MDCCII. Amstelodami in lucem prodit, speciatim *Tom. I. Hal. Berachat c. i. sq. & c. VIII. §. 15. it. Hal. Mikva c. III. §. 1. 2.* quibus addi poterit EDWARDVS POCOCKIVS in *notis ad portam Mosis c. IX. p. 404.* Edit. Oxon. Quae quidem haec tenus dicta ad illustrationem loci 2. Sam. XII. 3. facere possunt, ubi pauperis uxor, quae h. l. cum agna comparatur, de pane et poculo mariti comedisse et bibisse dicitur. Talia denique pocula, utpote ad potum capiendum summe necessaria, non rapiabantur a creditoribus pignoris loco, sicut nec uasa, quae ad cibum uel parandum, uel mensae apponendum, requirebantur, nec mola, nec instrumenta eiusmodi alia.

## §. VI.

kos ישועות Non iniucunda hic quoque poterit esse recordatio eiusque perquisitio, cuius mentio iniicitur *Pf. CXVI. 13.* quando David dicit *אַתָּה קָרְבָּן כֹּס שִׁיעֻוֹת* ut ullam poculum salutare s. salutis, et nomen Dei depraedicabo. FLACII de hoc in *Claue scripturae* sententia ab omnibus ferme interpretibus haec tenus fuit recepta, qua statuit, in usu uictuarum peculiari ritu Iudeos inter laudes ac celebrations nominis diuinis calcem, quem nomine ישועות insignierint, eleuasset; atque ad hanc ipsam ceremoniam Davidem cum haec uerba pronunciareret, attendisse. Verum haec sententia dubia maxime redditur et suspecta in laudata *Diff. ad Tit. Celim*, idque ideo, quoniam Ebraei, qui ritus comedendi sacrificia describant, et peculiarem benedictionem Aaronis ad esum sacrificiorum adhibitam commemoret, tamen poculi huius peculiaris nullam prorsus iniecerint mentionem. Vnde Celeberrimus illius Autor concludit, non alio modo pocula ad esum uictuarum, quam quidem ab esum aliorum ciborum, fuisse adhibita. Quo uero nobis non desit dextra et genuina huius loci explicatio, attendere nos iubet ad pocula in Paschate Iudeorum usitata, quorum aliquod hoc nomine kos ישועות prae ceteris

gaudent. Quatuor illo tempore, ut rem perspicue et integrum tradamus, unicuique potissimum ad bibendum propinabant pocula, quorum *primo* incipiebant Paschalem Coenam, deinde explicabant amaras herbas, panes azymos, pulmentum Charoseth, agnum Paschalem, aliaque, et canebant partem Cantici Hillel, sive *P. CXII. et CXIV.* dimidiam, et bibebant *poculum secundum*. Postea edebant illas herbas, panes, pulmentum, et ipsum agnum paschalem, tanquam ultimum ferculum, et agebant Deo gratias post cibum, bibebantque *poculum tertium*. Hoc ipsum est quo Seruator noster S. Coenam instituebat, quodque Paulo dicitur ποτήριον τῆς ἐνλογίας *1. Cor. X. 16*. Denique partem Hillelis canebant alteram, et bibebant *poculum quartum*, quod Seruator noster bibere recusabat. Hoc ultimum itaque, et quarrum, illud ipsum erat, cui hoc nomen *כוס ישועה* proprium erat, idque ideo potissimum, quia cum hoc Hymnum Paschalem finiebant, atque simul singularem benedictionem, qua Deum ab praestita beneficia laudabant, huic poculo annectebant, quae benedictio vocabatur: ברכת החסיד. quam cum recitarent, poculum tollebant, quod a *Maymonide Tom. I. Hal. Chamez-Umazza c. VIII. §. 10. et in Massechet Pesachim c. X. §. 7.* fuisus traditur et exponitur. Ad hoc igitur Dauidem certissime respicere, Laudatus Auctor confidenter et firmiter sibi persuaderet. At enim uero, uero ego ne hanc sententiam amplectentibus inueniu per quam difficilis futura sit, tum cum ipso Textus scopo, tum cum reliquis circumstantiis, conciliatio. Incubere sibi, atque ad se pertinere hic diuinus uates extimat, ut, tot a Summo Numinе affectus beneficiis, quac longa serie antea recensuerat, tandem debitate gratitudinis curam in se suscipiat. Hinc promittit, se laudes diuinas in conuentibus publicis sacris, quam ex anxietatibus suis erexit, solenniter decantaturum esse. Quin etiam quo omnibus profiteatur, se non humana ope, sed solius Dei præsidio, mirabiliter salvatum esse, et e malis emersisse, קָרְבָּן seu uotum, aut sacrificium Eucharisticum, coram toto populo in Altari Domini depone-re, atque calicem salutum eleuando, Nomen Domini diligenter depraedicare apud animum constituit. Hactenus nihil de Paschate memorauit, adeoque nec ad poculum illius quartum mentem direxisse temere censendus est. Dixit autem de קָרְבָּן sacrificio Eucharistico. Iam uero de eo satis edoū sumus omnes, quod Victimam Salutares offerentiibus, debita prius portione et Deo et Sacerdotibus soluta, concessum fuerit ex reliquiis in conclauibus, quae erant in atriis Templi Hierosolymita-

mitani, cum suis conuiuari. Tuttissima igitur sententia FLACII foret, quod peculiari ritu in esu uictumarum calicem, quem uocauerint כוס ישועה, Veteres Iudei elevauerint, si uel unico probatae fidei Autoris testimonio eandem corroborare posset. Quo uero cum de- situatur, aliud nobis quaerendum est refugium. Supra autem obser- uauimus quod in prandii suis ordinariis Ebraei peculiari nomine כוס ברכה poculum quoddam notauerint, cuius usum repudiatos fuisse in conuiujs his sacris, uix, ac ne uix quidem nobis persuademos. Notat autem R. David KIMCHI in h. l. quod כוס ברכה non raro etiam cognominatum fuerit סוס ישועה. Quo testimonio cum tuto inniti liceat, confidenter asserimus כוס ישועה ר' כוס ברכה pro synonymo habendum esse τῷ καὶ, quandoquidem utrumque horum in recordationem ac depraedationem beneficiorum diuinorum eleuabatur.

S. VII.

His, ut opinor, non prorsus alienis ab instituto nostro interspersis recta uia ad aedes luctuosas contendimus, deque argumentis, modoque consolationis, quo Iudei moerore confectos, ac penitus oppressos, erigere studuerint, dispicimus. Certabant uero propemodum Iudei alter alterum in hoc charitatis officio uincere, existimantes, se non modo hominum fauorem certissime ex hac re aucupaturos esse, uerum etiam apud Deum magnam gratiam promerituros. Merentur hic exscribi uerba, quae summi nominis Philologus Martinus GEIERVS in Libello de Luctu Ebraeorum Cap. VI. p. m. 177. ex libro Minhangi allegat: *Es ist eine große Mizua (Gebot) Menachem afelim seyn (d. i. Leydtragende zu trösten) denn es macht, daß er sich die Sache nicht also sehr zu Hertzen nimmt. Wenn einer Menachem afelim ist, so gebet dieselbe Mizva vor ihm, wenn er stirbt, und sagen die Engel, er hat die gute Midda (Sitte oder Gewohnheit) an sich gehabt, daß er getröstet hat, welcher sich müßer habt gewesen (i. e. gekräht oder gehärmert hat) darum ist billig daß man ihn auch wieder trösten soll, daß er nicht soll Angst haben. Nec desunt quoque huius rei uestigia in Scriptura clarissima. Iacobum Patriarcham Josephi mortem acerbissime lugentem omnes eius filii et filiae conueniebant לְנִקְרָטֵן, ut consolarentur eum. Genes. XXXVII, 35. Cum Ephraim mortem filiorum a Gathaeis interfectorum doleret, insurgebant omnes eius fratres לְנִקְרָטֵן ad Consolandum illum 1. Paral. VII, 22. De luctu Iobi ob liberos suos imprimis certiores facti tres amici, officii sui memores, accedebant Iobum לְכֹור לוּ וּלְנִקְרָטֵן ad condolendum ei,*

et ad consolandum eum. *Iob. II, 11.* Pari pietatis officio semet diligenter  
 perfundit fuisse testatur *Iobus c. XXIX, 25.* Et tempore Christi ritum  
 hunc inter Iudeos adhuc floruisse ex *Iob. XI, 31.* intelligimus, ubi dicitur,  
 quod gregatim ex Ierusalem ad Martham et Mariam, fata fratri Lazari plorantes, Bethaniam deuenierent παρασυνθέμενοι ἀνταγ, ut consolatione easdem erigerent. Circumstantias cui nosse uolupte est in hoc  
 negotio consulat רְבָה הַגְּרוֹל Rabbintum illum magnum, siue, ut sociis  
 suis audit, נִשְׁר הַגְּרוֹלָה Aquila magna, Mosen intelligo Ægyptium,  
 qui in titulo siue *הַלְכָה de*, qui operis totius est penultimus,  
 c. *XIII. §. 1.* ita rem eloquitur: *quomodo*  
*כִּיצְדֵּק מְנֻחָמִין אֶת הַאֲבָלִים?* *מִתְקַבְּצִין הַאֲבָלִים?* *לְעִגּוֹלָן*  
 אחר שקוברין את המת. מתקבץין האבלים? ועמרון בצד הקברות וכל חמלוין את קמת עומרון סובב להן  
 שורה לפניה שורה ואין שורה פחותה מעשרה ואין אבלים מין  
 רחמנין *h.e.* Posteaquam sepelierunt demortuum, congregantur lugentes,  
 et stant ad latus sepulcri, et cuncti funus comitati eos circumstant, se-  
 ries ante seriem, et nulla series infra numerum denariorum, nec etiam lu-  
 gentes infra hunc numerum. Et §. insequenti ita pergit: *הַאֲבָלִים*  
 עומרון לשלל המנוחין וכל המנוחין באין *אַצְלָן* האבלים  
 אחר אחר. ואומרום לחן תונחו מן השמים וככלו'  
*Lugentes stant ad latus consolantium sinistrum, cunctique consolantes sigillariam*  
*adeant lugentes hoc modo ipsos allegantes: SOLATIVM OBTIN-*  
*GAT VOBIS COELITVS, uel e coelo etc.* His tandem addunt *Bene-*  
*dictionem prolixam et longam, quam Mischna suppeddit Tract. Megila*  
*p. 399. Edit. Surenbusii,* quamque postquam impertiti sunt, lugentes e  
 coemeterio in aedes ferales comitantur.

### §. IIX.

Verum in hoc neutiquam Iudeorum religio acquiescendum sibi  
 existimabat, sed potius quamplurimis aliis charitatis officiis, quantum si-  
 bi curae cordique Lugentium conditio esset, testatum facere jubebat.  
 Statim enim posteaquam funus terrae demandatum erat, non modo ua-  
 rios cibos ipsis, prouti fuse hand ita pridem ostensum est in Disp. de *לחם אונין*  
*f. pane lugentium, afferri curabant, uerum etiam Calicem uino*  
*cosum, de quo argumento potissimum hoc loco, quem ideo*  
*f. Calicem Consolationum appellabant, illis in solarium propi-*  
*nabant, fidem faciente Maymonide l.c. cap. IV. §. 6. et 9.* Ille uero calix  
 non

non adeo pretiosus erat, sed vulgaris tantummodo, s. eiusmodi, qualem etiam pauperes comparare poterant, ne darentur in ruborem a diuitiis; sicut etiam cibus alienus, qui lugenti exhibebatur, non in uasis argenteis, nec eburneis, sed in uulgaribus, quae ex uirgultis concinnabantur, apponebatur. Ita enim denuo MAYMONIDES insit: אין משקין בוכחות לבנה אלא בזכואה שלם לביש את העניים Potum non propinan in vitro albo, (h. e. Crystallino vel pellucido) sed in colorato (u. g. rubro, purpureo, coeruleo, viridi etc.) ne pudefiant pauperes, quorum uina non sunt generosa. l.c.c. XIII. §. 7.

### §. IX.

Nolunt autem Antiquitatum Peruestigatores in solo *Maymonidis* testimonio, quod ea de re tulit, acquiescere, sed et Scripturae S. suffragium et iudicium postulant. Credunt igitur huc facere potissimum senioris illius Tobiae praeceptum, quod Filio suo iniungebat c. IV, 18. ἔντεξον τὰς ἀρτὰς σὺ, καὶ τὸν οἶνον σὺ εἰπὲ τὸν τάφον τῶν δικαιῶν, καὶ μὴ δος τοῖς ἄμαρτωλοῖς, Effunde panem et uinum tuum super sepulchra iustorum, peccatoribus vero s. infideilibus nihil da. At enim uero commodius haec uerba de Agapis illis, quas in gratiam pauperum, funere terrae redditio, instituere solebant Veteres, quam de cibo ac potu lugentibus in sollatum subministrato, explicari posse alii existimant. Hunc enim ritum non modo Iudeos, uerum etiam fideles in primaeua Ecclesia diligenter obseruasse, ORIGENES fidem facit. Quo fine illud fecerint pluri-mi inter Christianos eventus satis edocuit. Nempe instar operis satisfactorii pro defunctis esse debebat. Ita enim CHRYSOSTOMVS aliquo in loco dicit: Cur post mortem tuorum pauperes conuocas? cur Presbyteros, ut pro eis uelint orare, obsecras? Homil. XXXIII. in Matth. Et fallor? an superstitiosum Pontificiorum pro defunctis Missaticum Sacrificium, in quo sub speciebus panis et uini uiuidum corpus et sanguinem Domini nostri I. C. immolari, et pro illis Deo Patri offerri plebi persuaserunt, (quandoquidem hunc ipsum locum in pessimi instituti huius subsidium communissime uocare solent) huic deprauato et degeneranti ritui maximam partem suos debet natales? Interim nec incendiandum est, quod et hic ritus in incunabulis suis laudabile institutum Veterum fuerit, siquidem et inter nos tale aliiquid hodienum superesse uidemus, quando ab exsequiatoribus certae symbolae in pauperum gratiam colliguntur. Iubet autem egregius morum Doctor Tobias, ut in-

eiusmodi tantum sepulturis Eleemosynas suas filius eroget, quae inter fidei suae socios institui solebant; prohibet vero idem facere in infidelium gratiam, dicens: μὴ δὸς τοῖς αἵμαστοις. Gentiles enim superstitione nimis Diis, ut vocabant manibus cibaria sibi missa mortuorum sepulchris superimponebant, nefasque deinde putabant, ex illo aliquid attingere uel comedere: unde illud uel super tumulum relinquebant, uel igni comburebant, quod perperam crederent animas defunctorum ab inferis excitas illo deleteri. Quorum dementiam hac in parte ridet AVGUSTINVS: Miror, inquiens, cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosos error increuerit, ut super tumulos defunctorum cibos et uina conferant, quasi egressae e corporibus animae carnales cibos requirant. Serm. XV. de Sanctis. Hoc uero sibi telo eretto prouocant ulterius ad Prov. XXXI, 6. ubi dicitur. חנני שבר לאובך ווין לזר נפש Date inebriatum pereunti, (uel ut illi uolunt moerentibus) et uinum bis, qui amaro sunt animo: quod maiorem prae se ferre uidetur ueritatis speciem. Sed non desunt tamen hic quoque, qui alium quandam Ebraeorum ritum inde probari posse autumant, nimirum quod reis, capitali supplicio afficiendis, uinum aliquando propinauerint, quo moeres mitigarent, roburque mentis et corporis ad tolerandum supplicium colligerent, qua de re uid. GALATINVS ex Libro Sanbedrin lib. VIII. de Arc. fidei c. XIX. et BVXTORFIUS Lex. Talmud. p. 231. Non dicam de iis, qui quoslibet lugentes et moerentes, qui partim ob rerum uitiae necessariarum defecuum, (ita namque diserte רישׁ paupertatis eius fit mention u. 7.) partim ob aduersitatem prementium pondus exitio propinquai sunt, intelligi oportere probant. Verum quicquid tandem huius rei sit, siue aliquid roboris ex his locis accedat negotio nostro, siue non accedat, certitudo tamen illius tam immotis innititur argumentis, ut pluribus hinc inde conquistis testimoniiis neutiquam indigeat.

§. X.

Illud ultimo loco silentio obliterandum non est, quod certas quasi comportionis leges in coniuiciis istis lugubribus Ebraeos constitutas ac praescriptas habuisse inde facile aliquis colligere posset, quod ultra decem pocula euacuare ipsis non licuerit. Apud Graecos, Romanos, aliquosque moratores populos certos inter se quondam coniuiae eligebant Comesationis Praefectos, quorum primus erat Συμποσιαρχός i. e. qui sumptus praebebat, et sorte nonnunquam, uel etiam suffragii coniuicrum, (quod praecipue in coniuiciis collatitiis siebat) eligebatur, ut omnibus necessariis prouideret. Proximus huic erat βασιλεὺς, στρατηγός, ταξιαρ-

ταζιαρχος οντηγεμενος; Latini uulgo *Magistros* uocabant, VARRONI  
tamen *Modimperatoris*, HORATIO *Arbitri*, PLAVTO *Diktatoris*  
nomen placet. Hi, lege posthumia, leges bibendi conuiuis praescribe-  
bant, quibus mos sancte gerundus erat. Unicuique illi suam portionem  
ebibendam statuebant, et, ne quis ultra vires a proximo inuitatus, po-  
culis obrueretur, diligenter prospiciebant. Quo factum, ut, quamdiu  
aequalis portio singulis distributa fuit, raro aliquid turpe aut indeco-  
rum a conuiuis committeretur. Vid. Peritissimum antiquitatum LIPSI-  
VS lib. III. A. L. c. I. et Job. POTTERVS in Archaeol. Gr. lib. IV. cap. XX.  
p. 76. Illud explorato uerum ac certum est, et multis Scripturae S.  
exemplis euinci potest, quod certas portiones ciborum poculentorum  
que Ebraei singulis conuiuis assignatas dederint. Sic in Conui-  
uio Iosephi apponunt ipsi seorsim, et fratribus seorsim, et Ioseph accepit  
וְשָׂאֵלָה parts s. ferula, et multiplicauit partem Beniamin supra par-  
tes omnium quinque partibus Gen. XLIII, 32. 34. Vbi LVTHERVS in  
Comment. aureo ad h. l. hunc coniicit morem fuisse, ut cibus primum  
ad Principem deferretur, cuius arbitrio et uoluntae distribueretur reli-  
quis, laudatque morem hunc Orientalium, ut et Romanorum et Graeco-  
rum, quo singulis cibus potusque olim dabatur demensius. Sic Samuel  
coquo imperat, ut מִנְמָר portionem illam, siue armum, unico Sauli ap-  
poneret, i. Sam. IX, 23. Ita Elkanah in conuiuio sacro Peninnae filisque  
eius dat partes, Hanae uero dat partem unam i. Sam. I, 4. 5. Huc quo-  
que Manoth s. ferula illa e conuiuio egenis missa Nebem. VIII, 10. Esth.  
IX, 22. pertinet. Seissores tales aut carptores, quos Iuuenal is Sat. V.  
u. 121. Chironomantas appellant, צַדְבָּנָן Iudeis cognominabantur. An  
uero iudem certos inter se quoque elegerint Modimperatores, quales  
uidimus fuisse apud Graecos et Romanos, illud merito in controuersi-  
am uocatur. Receptum utique inter illos hunc morem fuisse affirmat  
IANVS GRVTERVS, suaequi assertione fundementum petit atque de-  
promit ex Syracidis c. XXXII, 1. ubi haec, quanquam in nonnullis Editio-  
nibus profrus omissa sint, uerba leguntur: ἡγεμενος σε πατέσησαν μὴ  
ἀπάρειος: quam sententiam multi alii Clarissimi Viri dignam aestimarunt,  
ut calculo suo comprobarent, inter quos Poeta Celebris TAVBMAN-  
NVS in Comment. in Plaut. p. 1001. Iul. C. BVLENGERVS lib. I. de Conui-  
uio p. 104. Job. Henr. VRSINVVS in Analectis lib. VI. qu. 40. et Job. DIE-  
TERICVS in Antiquit. Bibl. p. 389. Solus propemodum hic Henr. KIP-  
PINGIVS in Antiqu. Rom. I. IV. c. III. p. 471. contrariatur, et de dignitate  
magistratus haec uerba agere sibi persuadet. Quid enim illud, obser-  
tit,

tit, ne effector? Potuit ne adversus conuiuas semet efferre Modimpera-  
tor? Resp. utique: quando nimurum in imperando morosus erat, et in  
distribuendo aequalitatem non obseruabat. Audiat hic PLVTARCHVM  
in *Sypos. lib. I. qu. IV.* qui hac in re Syracidem imitatus est: *Syposiar-  
eba, inquit, familiariter, amice et beneuole erga omnes Conuiuas fit effe-  
ctus, nemini infensus et inimicus, nam alias neque imperando tolerabilis,  
neque distribuendo aequalitatis obseruans, neque colludendo inculpabilis  
erit.* Hoc igitur argumento uix ac ne uix quidem contra secus sentien-  
tes aliquid efficiet. Ceterum inter Persas, quorum sobrietatem et uictus  
frugalitatem multi Veterum, et in primis XENOPHON, commendant,  
hunc ritum fuisse receptum, colligimus ex *Eph. I. 8.* ubi Rex ille magnus  
Ahasuerus in conuiuio sumptuosissimo Susis celebrato contra barbarum  
illum helluandi morem editio cavit, ne alter alterum ad bibendum co-  
geret, qualis coactio *Sirach. XXXI. 37.* eleganter per uerbum ἀλέτει  
premere, affigere, de quo DRVSIVS in Notis ad h. l. describitur. Cui  
mandato quod morem diligenter gesserit Praefecti conuiuarum, uerba  
וְוַחֲתִיהָ כְּרֹת אֵין אֱנֶס  
nemo erat qui nolentes ad bibendum cog-  
ret, satis clare indicant. Denique *Iob. II. 8.* ἀρχιτρικάλων mentio iniici-  
tur, de quo ALCVINVS citante CHEMNITIO in *Harmonia ab h. l. no-  
teat:* Semper aliquem ex Sacerdotibus praefectum fuisse huic officio, qui  
curaret, ne hilaritas nuptialis in beluina degeneraret ebrietatem.  
Num uero hic idem sit, qui Modimperator aut Arbitrarius in Conuiuis  
Gentilium, hanc equidem item dirimere non audemus. Affirma-  
tum tuerunt LIPSIVS lib. III. A. L. p. 149. ROSINVS lib. V. Antiquit. c.  
XIII. et cum illis DIETERICVS l. c. Negatiuam uero CASAVBONVS  
in *Exerc. Anti-Bar. XIII. c. XIX.* Illud hic tantum nobis incumbere adhuc  
recordamur, ut, quod supra asseruimus de numero denario poculorum,  
ad quem adstricci fuerunt conuiuae in Epulis suis feralibus, idoneo testi-  
monio comprobemus, id quod felicissimum Antiquitatum Iudaicarum  
Promus contus MAYMONIDES denuo nobis suppeditat, quando ita dicit:  
אֵין שׁוֹתֵן בְּבֵית הַאֲבָל יִתְרֵעַ עַל עַשְׂרָה כּוֹסֶת לְכָל־אַחֲרָיו וְאַחֲרָה  
שְׁלִשָּׁה קָרְבָּן אֲכִילָה וְשְׁלִשָּׁה בְּהֻרְךָ אֲכִילָה. וְעַרְבָּה לְאַחֲרָה  
Non bibunt in aedibus luctuosis ultra decem pocula, unum post alterum: tria ante cibum: tertiad in rati-  
bandum, et quatuor post cibum, nec ultra quis adicet, ne subsequatur ine-  
briatio. Hal. Ebel. c. XIII. §. 7. 8. Atque haec sunt quae in praesens de  
kos hanukotim ad illustrationem loci *Ier. XVI. 17.* commentari uoluimus,  
quibus ut B. L. contentus esse haud grauetur, est quod maximo-  
pere contendimus atque rogamus.

S. D. G.

Ung. VI 17



56

1028  
1017 Z





35 44 39 34

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AVGVSTO,**  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE ETC.  
DE  
**כוס תבוחמי**  
SIVE  
**POCVLO  
CONSOLATIONVM,**  
*Ex Jer. XVI, 7.*  
**EXERCITATIO PHILOLOGICA,**  
QVAM  
INDVLTV AMPLISSIMI SAPIENTVM ORDINIS  
AD DIEM V. JAN. A. cIcI CCIX.  
H. L. Q. C.  
PLACIDAE συμφιλολογύντων ἐξετάσει  
SISTENT  
P R A E S E S  
**M. ISRAEL Braugott GARMANNVS,**  
CHEMNITIO-MISN.  
ET  
RESPONDENS  
**GERHARDVS HERMANNVS MENCKE,**  
OLDENBURGENSIS.  
VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.